

AD QVOD LIBETARIAM.
QVÆSTIO MEDICA MATVTINIS DISPVTATIONIBVS AGITANDA IN SCHOLIS
 MEDICORVM DIE IOVIS XIX. IANVARIJ MAGISTRO FRANCISCO DV PORT, DOCTORE MEDICO MODERATORE PRVDENTISSIMO.

An æquidivisa manifesta causa?

637.

NA T V R A periodis delectatur, à quibus quando sui arbitrij est non recedit. Luere vbiq; æterius & immutabilis ille ordo, in cœlo, elementis, animalibus, in homine, qui mundi finis & compendium multo magis. Perennes cœlestium orbium motus constantissimè feruntur lege, reperuntur isdem, isdem absoluntur circuitibus. Præ ceteris eximie dierum, mensum, annorum periodi. Dies & noxiniucem vertunt, quatuor anni *supra* constanti ordine succedunt. Vtrobique minime obscura causa. Dierum noxiumque vicissitudines laborem partiumur & requiem; commutationes temporum quadripartite, ad maturitatem frugum, ad temperationem corporum, ad viuentium generationem comparatæ sunt. Sed æquabilis periodus à solis, & lunæ motu; luna accretione & diminutione luminis dies notat, mensis ferit meritis eadem varium ac multiforme quippiam exhibet, *supra*, æquabilis tamen & certâ varietate. Sol mundi mens, cor cœli lucem rebus ministrat, aufertque tenebras; vices temporum, annumque semper renascentem ex vsu naturæ temperat; dierum differentias parit quadruplici discrimine, vtroque æquinoctio, brumâ, & solstitio. Etiam sideris vtriusque defectiones statis diebus fiunt, horisq; terra obiectu, lunæ intrauentu. Non est explicatu difficilior dierum inæqualitas (horaria spatia perinde variant non inuicem quidem illa sed *supra*.) Alibi aliter habet; sub poli vertice (si qui tamen sub vrgente hoc orbe) voluitur vna dies per senos vndique menses, dimidiumque trahit contextis lucibus annum. Vt minime fabulosum sit quod de lestrigonibus, *supra* que oppido memorat Poëta princeps *supra*.

A B E N T profectò cœlestia magnam vim, potissimum sol & luna suo motu & lumine (influentie nullæ sunt) neque temere creduntur ea efficere, quæ statis recurrunt tempestatibus. Sed superstitiosi Astrologi lapsus deriuant istas vires, & ad effectus merè fortuitos frustra accomodant. Fabulosa est Dodecæteris Chaldaica in qua dicunt Genethliaci tempestatas, frugumque prouentus, & sterilitates, item morbos *circumire*, nominatim pestes, non solum falsò, sed absurdè; sunt quædam pestifere regiones à quibus illa lues, aut nunquam, aut rarò auellitur, vbi quæ mihi sidera? quos annorum circuitus communiabunt. Eadem à vulgari putredine, constitutione pluuiæ, austri, silentis nec perflato aëre, à cœlo nunquam. R reciprocis maris accessus & recessus eruditorum ingenia vehementer fatigauit, & ætiamnum male habet; Semeltris est per æquinoctia, mensitrus, per lunæ quadras, diurnus qui quotidie cietur, siue senis horis inflatur, refluat totidem, siue sæpius in die, vt septies in euripo Chalcidensi fabulosâ Aristotelis morbo nobili. Causa in sole & luna; non sine alui conditione, obiectu litiorum, & reflectione, variis motibus maris; Nilus fluuiorum sissimissimus & saluberrimus peculiare quiddam habet; ætate media arefoluntur niues: nugæ. Largis imbris troglodytica regionis & cispallentibus hic nubes isdem annuiteribus intumescit.

L V R A in homine obseruantur certis adstricta temporum articulis. Ea pertinent ad frum (qui tamen animal est anima rationali præditum nunquam vel medicamento *supra* extinguendum vel abortione excutendum, Cæsaræ nihilominus educendum sectione) & ad natum, inque lucem editum, qui per ætatum gradus naturâ, per morborum historias præter naturam, varias mutationes subit. Procreatio in vtero fit quoque virile semen prolificum muliebri permixtum, excipitur, retinetur, concipitur. Apagè promethei lutum, epicuri & lucretij vteros, lapides pyrrhæ, formicas Myrmydonum parentes, fatuos serpentium dentes, *supra* & aborigines, monstra omnia, & sanitarum mentium deliramenta. Porro conceptio intra septem horarum spatium absolui non videtur, liquidum *supra*, id quod intra sex dies, septemue exitur lactem significare conceditur. Vniuersum conformationis opus in quatuor tempora rectè diuiditur sed adscribi certo dierum numero non placet. Inchoat sexto, septimo, sequentibus, tuncque prima partium stamina (principes omnes simul delineantur) & rudimenta in eictibus scetibus conspiciuntur. Absoluitur citius, tardiusue, trigesimo, trigesimo quinto, quadragesimo, quinquagesimo, in eoque caloris genitoris opificium video, non scitiam septenarij diuinantem. Mouetur interea fetus eo tempore, quo facultas animalis vigere incipit, non semper tertio vel quarto mense, hinc fit, vt mares citius, sæpius, vehementius moueantur quam femine. Ad parum quod atinet, ceteris inuentibus statum & pariendi, & partus gerendi tēpus est: homo toto anno & incerto gignitur spatio, alius septimo mense, alius octauo (*supra* & *supra* in *supra* *supra*, nisi quis pro vtero habeat quod de Naxidis, *supra* fertur) vsque ad decimū, vndecimique. Ante septimum haud vnquam vitalis. Causa præter solarem periodum & aspectum elaboratio materiæ, & dispositionum apparatus qui momento absolui nequit, sed necessario temporis intervallo.

X I M I E peccant, qui ætates certo annorum numero metiuntur, vt & quæ per illarum successiones. Ætatum discrimina facit insignis, & luculenta temperamenti mutatio; (primigenium seruari, & *supra* procurari nequit) non annorum hebdomas. An 7. post partū die flauedo cutis, satis fidum & firmum vitalitatis argumentum? non magis quam præcox risus in felicitatis, aut sapientiæ aurigium. An 7. mense dentes: vide pueros, & negabis. 5. ætatis septenario prudentia tribuitur: sed quibusdam ingenium ante pilos, omne parum læto. Odi puerum præcoci sapientia. Pubertatem annorum numero circumscribere potest Iurifconsultus, non potest medicus. Tum demum intelligitur cum mulieri *supra* fluere incipiunt, eoque nubilus est, & viro matura. non fluentibus concipere nequit; mares hinc qualiter *supra* grauiorem & asperiorē vocem edere, (fallax caloris insti copiosioris indicium, vt neque vox vite index) in venere accendi, (præmatura noxia, coniugum frustrata vota) verique genitalia nouâ lanugine vestiri, quæ momento & stricto temporis articulo contineri quis dixerit? solum animal mensuale mulier est, non quævis tamen. Cur menses circa decimum quartum annum erumpunt? circa quinquagesimum supprimuntur: numeri vis nulla est nisi forsitan in magicis. Cur fluant aut non fluant, causa est sanguinis vberitas aut inopia, caloris robur aut imbecillitas, viarum amplitudo vel angustia. Cur idem periodicè singulis mensibus: cur variis lunæ quadris: quoniam excretionis tempus sequitur tempus collectionis, premit naturam superfluis hic, benignus tamen sanguis, & ad excretionem sui sollicitat, adiuvat & excretionem promouet luna, potenti in humores dominata. Luna vena veteres, iuuenes noua luna purgata. Adolefcit corpus donec ad præfinitos magnitudinis legitime terminos pertineat, eaque saturata hodie eadem atque olim, neque veterum corpora grandiora, vel robustiora, vel *supra*, vel viuaciora, vtneque mores innocentes. Mors fatalis, atque naturalis nullo certo clauditur termino, multò minus sibi sapiens metuet à climatericorum periculo. An septem dierum inedia lethalis, & *supra* proinde *supra*: non credo. Ætatum, temperamentorum, temporum, regionum, consuetudinum alia est atque alia ratio, vt rariora diurnioris ciborum abstinentiæ exempla prætereant.

I N morbis easdem periodos videre est causâ non proinde inexplicabili, aut latente. Plurimi ita is temporibus generantur, repetunt, ingrauescunt, desinunt, soluunturque. Sunt ætatum proprij, sunt naturarum insti, cognatiq;, regionum vernaculi, temporum & *supra* congenere ac familiares, causâ non valde ardua, sique vt frequentiores sic minus periculosi. Sunt etiam sua morbis tempora, suæ ætates. Errant qui has certo dierum numero describere moluntur. Principium facit; *supra*, eoque cruda sunt omnia, & quiescere, quàm mouere, aut nouare præstat. Declinatio in qua nunquam mors, naturæ victoria est. Nominatissimæ febrium puridarum periodi. Harum facies est qualemcumque causam rimari, quàm nullam. Cur aliz singulis diebus, aliz tertio quoque, aliz quarto, constanti circuitum ordine repetunt? hæc vt alibi sola excrementi, vel copia, vel qualitas, expultricem sollicitat, & accessionem commouet eo planè circuitu, quo humor generatur: ea vicissitudo tandiu perseverat, quandiu putredinis causa in parte febrem fouente. Peculiarem Idiosyncrasiam, & Idiotropiam qui somniant, etiam mensitruo sanguini, etiam pituitæ ceterib; ventriculos obstruunt, ignorant abditamque vim largiri debuerunt. In alimentis coctione, excrementi collectione, vacuatione, latee ne vlla inexplicabilis qualitas? sunt tamen certâ vt plurimum, & consuetâ horâ. Cur plethorici & ætiam aliquo mutili non imprudenter libidinosis mulieribus ad venerem expetiti, vel hæmorrhagiâ, vel cruento alui profluuiio statis vicibus exercentur? quia natura post id temporis oneri ferendo par esse nequit, sarcinamque excutit villi morborum impendentium præseruatione. Ab eadem humorum collectione, cephalalgiz, & hemicanizæ periodicæ, dolores colici, nephritici, item omnia fluxionum genera periodicè oriuntur. Cur *supra* mouentur vere? autumno? quiahs temporibus collecti humores liquantur, & fluunt. An circuitus febrium plures tribus? quinos, septenos, obseruauit Hippocrates, qui neque falli potuit, neque voluit fallere. Etiam annalem circuitum memorant, & eiusmodi febrium quæ singulis annis die natali reuertentur. Superest morborum solutio. Diurnos & exillis *supra*, & *supra* in *supra*, ætatis, aut temporum, aut regionum, aut vitus mutatione solui, neque dubium est, neque mirum. Obscurior dierum criticorum *supra*. Alij vacui & Medicinales, alij intercalares, qui humoris *supra* crifim nonnunquam anticipant: alij indices, alij crifimi. Causâ partium humoris ætethismus, quæ nox crifim præcedit solet esse *supra*: partim & maxime lunaris periodus vario nec inefficaci distincta schematismo. Apertiora & credibilia qui proferet, amplectemur.

Ergo æquidivisa manifesta causa. 84

(·) Proponebat Lütetiæ IACOBVS ADAM Meldenfis. A. R. S. H. M. DC. XXIII.

DOMINI DOCTORES DISPVTATVRI.

- | | | |
|----------------------|----------------------------|--------------------------|
| M. Franciscus Pjart. | M. Guillelmus Beler. P. R. | M. Ioannes Akakia. M. R. |
| M. Petrus Girardet. | M. Anthonius Regnier. | M. Gaspar Brayer. M. R. |
| M. Anthonius Robin. | M. Ioannes de Bourges. | M. Nicolaus Henault. |

